Mæcenati suo Philippo à Lenuncuria Præsuli ampliss. secretioris Cons. reg. Consiliario, et ordini S^ti^ spus equiti illustriss.

Simon Pietre S. P. D.

Memini (Antistes Ampliss.) Periclem gloriari solitum utroque parente bono ac superstite ad res gerendas sese contulisse. atque utinam de me ipso liceret idem affirmare, omnem enim fortunas superare mihi visus essem, si me in hac contentione studiorum meum pater chariss. ante vidisset, quam è vita discessisset. sed eo graui teste priuatas laboris huius mei, et aemulatione industrias, quem potius exoptem quam suauissimum Mæcenatem qui mei patris memoriam summa cum benevolentia tenet, eius omnia in se officia grato animo complectitur, quique suâ insigni liberalitate, sublevat mea studia promouit. Quocirca, Præs. illustriss.) pro tuâ in meum patrem benevolentia, et illius vicissim in te singulari quadam obseruantia, rogo te atque oro in hoc nominis mei, ac famæ periculo, mihi sis præsens et fœlix: iucundissimoque tui conspectu non modo suauissimi parentis desiderium lenias, sed mihi etiam addas animum et maiorem afferas tuendæ veritatis alacritatem. Vale.

Quæst. Medica Quodlib. disputationib. agit^da^ in Schol. medic^rum^ die Jouis 7 februar. 193

D. Claudio Rousselet D. med. Prudentiss. Dissept^re^.

An solis Continentibus, Contentis, et Impellentibus Constat homo?

Ut ex mãa et formã res oēs nãa componuntur, sic hominum summum illud τεχνούργημα, ex cui quadam corporis et aīae societate constituit, quas etsi differentes dissimilesque naāe obtinuerint (Nam corpori terrestri caduco et mortali ψυχὴ ἀσώματος praeditur oīs expers caelestis, atque diuina prorsus repugnat) tamen illius artificiosissimas coniunctione, et societatis iure ipsa inter se sic affecta sunt, ut ad tuendam sanitatem, vel si corruptela cuiusdam θεῖόν τι, immoderatio, vel intemperies amissam fuerit, aut organica corporis morbo labefactata, recuperandam ac restituendam maximo consensu, vitamque ipsam multis ac mutuis quibusdam officiis auxiliisque contineant.

Anima tres in partes oīs diuisa, vitalem, naālem, et aīalem: quarum corpus variis instrumentis ornatum inspirat. vitalis dignitate caeteras antecedit, ut cum eas in officio contineat, vel etiam languentes ad opus exsuscitet, ab ipso et conditate vitae vitalis iure nuncupatur. naālis vero habet facultates quarum quod in fœminis etiam assequitur, in maribus vero tardius. tertia vis est procreandi, quae cum seminis ab utroque parente profecta fœtum adumbranti fras præstabat, id est diuinæ menti.

Animalis animantium propria duabus oīo facultatibus distinguitur una quae intelligendi una; homini diuino munere concessa fuit: altera quae sentiendi est cum brutis animantibus est coīs: haec autem altera est in exteriores quinque sensus distributa, vel interior cuius differentias tres numerantur, prima est discernendi, fingendi altera, tertia memorandi quae in oīs cerebri partes diffusas, ut à se inuicem distinguuntur, ita quoque diuersas actiones edunt. his porro annexae sunt facultates duae appetendi, et mouendi.

Corporis huius fabrica tribus his speciebus humoribus solidisque partibus absoluitur. Partes solidas quae graecis ἴσχοντα continentia nobis appellantur elementorum quatuor ὅλων δι᾽ ὅλων et summas qualitates retinentium confusione constant, et cuius mixtionis proportione non raro nimio modo videmus calor atque spiritus accessio, totius etiam corporis temperamentum est constitutum: quod cum temperatissimum sit, et in exquisita mediocritate positum, in cute et ea quidem quae volam manus continet, talis comperitur, quippe homini prouido, et sagaci ad rerum oīum differentias et similitudines diiudicandas necessaria videbatur.

Humores quatuor ἐνχορμένων nomine continentur, qui ab uno eodemque calore simul oēs in hepate gignuntur, à quo non puri et sinceri, sed quadam proportione mixti ad nutriendum corporis in venas transmittuntur. humor primigenius contentis adscribitur, in solidarum partium stāa radicitus inhaerens, sicut et caloris sita māa. Spiritum et calorem τὰ ὁρμῶντα designam, facultatum prima, praecipuaque instrumenta, quorum origo vero caelestis est. Insiti spiritus duo vitalis et naālis affluentibus assidue fouentur et illustrantur. aīalis vero non secus quam lumen à sole oīs promanat à cerebro per neruos ad sensus atque motum.

Ergo non solis Continentibus, Contentis et Impellentibus Constat homo.

Asserebat Simon Pietre Parisinus 1585.

Dni Doct. Disput^ri^

M. Stephanus Dufour Med. Reg. M. Joannes Cottereau. M. Philippus Laudenot.
M. Claudius Boyuin. M. Claudius Fauvelet. M. Guillelmus Cappel.
M. Philippus Harduyn de S^t^ Jacques M. Ludouicus Dreux. M. Guillelmus De la Barre.

BIBLIOTHÈQUE